



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sententia IIII, Mat. I. Hoc aute[m] totum factum est. ix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

SENTENTIA IIIII. *Matthæi 1.*

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à Domino per prophetam dicentem: Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius EMMANUEL: quod est interpretatum, Nobiscum Deus.

## PARACLESIS.

**E**MMANUEL nobiscum Deus: facie ad faciem apparens nobiscum Deus. *Abraha patri credetium tribus horis temporis, licet non per ipsam ineffabilem Deitatis substantiam, sed potius per angelicam speciem, à meridie visus est: nobis triginta tribus annis in terra apparuit, & cum hominibus conuersari dignatus est. Iacob etiam breui tempore per angelum nihilominus apparuit colloctans cum eo: quiq. se ab eo superari permisit, ut hunc mundicordem merito benediceret, atque Israel nominaret: nobiscum Deus amplius magis, pro nobis magnificum certamen adimplens: vsque ad mortem accedens, ut morte sua mortem occideret, & benedictionem atque immortalitatem mundo corde populo condonaret: qui fiducia liter dicit, Nobiscum Deus: per Euangelistarum & Apostolorum predicationem: per sui Corporis & sanguinis sacramentum: per gloriose crucis signaculum. Per ista ergo omnia nobiscum Deus, & ad nos atque in nobis. Sicut ipse ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.*

CAP. IX.

Origenes in.

cap. 1.

Matth.

Genes. 18.

Genes. 32.

Matth. 28.